UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros partitum

Laymann, Paul

Moguntiæ

8. De Codicillis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

Visual Library

Cap. VIII.

De Codicillis.

1 CODicillus vt maximum locum habet in legatis eſt (veluti imperfectum teſtamentum) quaſi paruus codex, ſiue ſcriptura vltimam aliquam voluntatem abſque hæredis ſtricta inſtitutione: Dico imperfectum teſtamentum, quia ſolemnitates teſtamẽti non requirit, præterquam quod quinque teſtes licet nõ rogati & fœminæ ſint, in codicillo exiguntur.

2 Codicillos etiam plures quis facere poteſt, modò inter ſe contrarii non ſint, alioquin prior à poſteriore cenſebitur reuocatus. Duo autem teſtamenta ſimul conſiſtere non poſſunt, ſed poſterius, quod iure factum eſt, priori derogat.

3 Codicillus fieri poteſt & ſine teſtamento & cum teſtamento, ita ex teſtamento pendeat, tanquam acceſſorius à principali. Quod ſi nullum teſtamentum factum ſit, tum quaſi teſtamenti loco eſt codicillus obligans hæredem ab inteſtato venientem etiam poſthumum; ſi tamen defunctus vna cum codicillo teſtamentum condiderit natiuitate poſthumi prę̨teriti rumpitur teſtamentum ſimul & codicillus, ſiquidem cadente principali cadit etiam acceſſorium.

4 Clauſula codicillaris abiici ſolet à Notariis teſtamenti, ſi non valeat diſpoſitio vt teſtamentum ſolemne valere debeat, tanquam codicillus eiuſque clauſulæ effectus ſunt. Primò, quod ex teſtamento minus ſolemni etſi hæredis inſtitutio omninò irrita eſt; tamen hæres ab inteſtato ſoluere cogitur legata propter adiectam illam clauſulam. Secundò ſi teſtator carens hæredibus neceſſariis in teſtamento mi-

nus ſo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nũs ſolemni inſtituat extraneum , virtute eiuſdem clauſulæ inſtitutio directa vertitur in fideicommiſſariam & proximi hæredes ab inteſtato cenſentur grauati reſtituere extraneo hæreditatem. Tertio, ſi teſtator hærede neceſſario ſcienter præterito vel iniuſtè exhæredita to in teſtamento minus ſolemni inſtituat extraneum virtute illius clauſulæ formaliter vel virtualiter adiectæ , cenſetur hæres neceſſarius grauatus , vt detracta portione legitima, reliquam hæreditatem reſtituat inſtituto.

Codicillus nuncupatiuus, legatum continens, nutu relinqui poteſt.

CAP. IX.

De ſubſtitutione & fideicommiſſo.

SVbſtituere eſt in locum hæredis vnius alterum 1
ſtatuere, quod dupliciter fieri poteſt directè & indirectè. Directa ſubſtitutio eſt , in qua ſine miniſterio inſtituti hæreditas ſub conditione defertur ſubſtituto V.C. Inſtituo hæredem Titium, ſi is hæres non fuerit, vel nolens vel non potens morte pręuentus, eſto hæres Sempronius, (& hæc dicitur ſubſtitutio vulgaris.) Item ſi teſtator impuberem in ſua poteſtate conſtitutum, & poſt mortem ſuam in alterius poteſtatem non caſurum hæredem inſtituat, eiq; alium ſubſtituat ſub conditione, ſi ante annos pubertatis, eum ipſemet teſtamentum facere ꝓhibetur, decedat (& dicitur hæc ſubſtitutio vulgaris) Ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis alia introducta eſt, quę fit liberis amentibus, ſurdis ſimul & mutis; eò quod & hi teſtamentum facere nequeant, Et dicitur hæc ſubſtitutio exemplaris , quam etiam mater poteſt, ſed debet ſubſtitui aliquis ex hæreditatibus

tibus